

nullus color amplius transfundi possit; relictam
 corallorum materiam, recenti nitro fundendo,
 ut antea, calcina, & separato nitro, tincturam
 cum spiritu extrahere, à qua superfluo spiritu per
 distillationem evocato, si ea in pellicano ali-
 quandiu circuletur fuerit, insignium virtutum
 arcanum præstantissimum habebis.

A L I A.

Recip. Phlegma salis communis: in eo
 coralia digere: tinctum phlegma deple:
 & aliud affunde: continuando id; donec
 menstruum non amplius coloretur. Tin-
 ctum phlegma destilla, ad mellaginis formam;
 nec ulterius progredere. Alias enim cal-
 cinabuntur, & non nisi calcem accipies, cal-
 ci testarum ovorum haud absimilem. Mel-
 laginem hanc, cum vini malvatici alcoholis
 circula, & circulatum usui asserva.

Eodem modo & è margaritis tinctura
 elicitur.

Tinctura coralliorum, ut & perlarum, decanta-
 ta, quamvis etiã hinc inde ab impostoribus &
 medicastro circumferantur; tamen potius sunt
 absolutiones ipsorum menstruum, quam
 verum solvendarum, ita ut ejusmodi non nisi
 apud veros reperiantur Chymiatros. Quo-
 circa hanc licet difficilem, non tamen planè

Tinctura
 coralliorum
 licet diffi-
 cilis, non
 tamen im-
 possibilis.

R 2

impossi-